

Johann Gabriel Pries


**Commentatio Critica De Israelitarvm Theocratiae Praestantia : Acroamati
Oratorio ... Domini Friderici, Dvcis Regnantis Megapolitani, ... Avgvsto Natali, die
IX. Idvvm Novembris A. R. S. MDCCLIX. ... Solemnissime Habendo, Invitationis
Cavssa Praemissa**

Rostochii: Litteris Rösenianis, [1759]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn881467677>

Druck Freier  Zugang





MK-9453. (2)





5

COMMENTATIO CRITICA
DE
ISRAELITARVM THEOCRATIAE
PRAESTANTIA.


ACROAMATI ORATORIO
SERENISSIMI DVVIS, PRINCIPIS, AC DOMINI,
DOMINI
FRIDERICI,
DVVIS REGNANTIS MEGAPOLITANI,
PRINCIPIS VETVSTAE GENTIS HENETAE, SVERINI AC
RACEBVRGI, COMITIS ITEM SVERINENSIS, TERRARVM
ROSTOCHII, AC STARGARDIAE DYNASTAE,
DOMINI NOSTRI, & NVTRITORIS HVJVS GYM-
NASII LONGE CLEMENTISSIMI,
AVGVSTO NATALI,

DIE V. IDVVM NOVEMBRIS A. R. S. MDCCLIX. ILLVCESCENTI,
SACRO,

ET IN AVDITORIO MAJORI HORA III. POST MERIDIEM
SOLEMNISSIME HABENDO,
INVITATIONIS CAVSSA PRAEMISSA

AVCTORE
M. JO. GABR. PRIES.
DVVALIS GYMNASII GVSTROVIENSIS RECTORE.

ROSTOCHII,
LITTERIS ROSENIANIS.



1759

COMMENTARIUS CRITICUS

ISTAE REPERTAE IN THEATRO

PRÆSTANTISSIMAE

ACCOMMODATI GRATIORI

SERUICISSIMO DUCIS PRINCIPIS ET DOMINI

DOMINI

FRIDERICI

DUCIS REGNANTIS MEGALOPOLITANI

FRANCIS VITVSTAE CENSURÆ HENRICI STEPHANI AC

FRANCIS COMITIS DE WITTEMBERG TERRAVIV

LEONORIS DE BRANDENBURG DUCISSIMAE

DOMINI NOSTRI & IMPERATORIS HUIUS GYM-

NASII LONGÆ CLEMENSIS

AVGVSTO NATALI

DEI M. DCCLXXV. M. DCCLXXV. A. D. M. DCCLXXV.

SAEPIUS

ET IN AVGVSTO NATALI HORA III. POST MERIDIEM

IN THEATRO

INVITATIONE CAROLI PALMISI

AVGVSTO

M. JO. CARR. P. R. I. E. S.

STRE

ROSTOCK

MDCCXXV



§. I.



Si quanta quam plurimæ Germaniæ regiones Serenissimi
DVCIS
natalis.
hac bellicosissima atate miseria & calamitate
premuntur, tanta vtuntur provinciæ Mec-
lenburgicæ prosperitate & salute: dubitan-
dum non est, quin eo latior & acceptior
nobis nostri DVCIS *regnantis natalis*, illucescat quo
tristior illis suorum PRINCIPVM redit. Quam
quam prosperitatem & lætitiã DEO T. O. M. Salu-
tis PRINCIPIS nostri, nostræque prosperitatis auctori,
DVCISQUE nostri pietati, sapientiæ & prudentiæ
referimus acceptam; ingratiſſimorum crimen subire-
mus, si sine publica lætitiæ significatione, sine publica
supplicatione, sine votis & precibus diem, diem inquam
natalem

A 2

SERE.



Serenissimi
 DVCIS PRINCIPIS, AC DOMINI,
 DOMINI
FRIDERICI,

Ducis regnantis Megapolitani, Principis vetustae
 gentis Henetae, Suerini ac Raceburgi, Comitis item
 Suerinensis, Terrarum Rostochii, & Stargardiae
 Dynastae,

Domini nostri, Nutritoris huius Gymnasii
 longe clementissimi

hodie auspicato reuersum praeterire pateremur. Quem-
 admodum vero haec a quouis quoque ciue, egregia
 praecipua & sanctissima qui in DEVM & PRINCI-
 PEM est fide, omni die praestari officia debent: ita &
 Gymnasium nostrum; in quo quam plurima DEI ex-
 stant beneficia, quodque mirum quantum *Serenissimi*
DVCIS curae & gratiae debet, nihil eorum nunc inter-
 mittet, quae pietas, fides iubet & postulat.

§. II.

Oratorum
 numerus
 oratio-
 numque
 argumen-
 tum.

Paramus haec sollempnia, dum praesto sunt X iuue-
 nes virtutis, doctrinae & honestatis in primis amantes

- I. HENRICVS CAROLVS de OSTEN,
 Eques Meclenb.
- II. HELMVTH HARDWIG de BLÜCHER,
 Eques Meclenb.
- III. FRIDERICVS GUILIELMVS de KARDORF,
 Eques Meclenb.

IOAN-



- III. IOANNES DAVID SVEL,
Gustrouienfis.
- V. IOANNES IVSTVS BAVCH,
Gustrouienfis.
- VI. IOANNES GVSTAVVS BVRGMANN,
Gustrouienfis.
- VII. GEORGIVS CHRISTOPHORVS STANGE,
Bernitho-Mecl.
- VIII. IOANNES DIEDERICVS WENDT,
Suerinenfis
- VIII. DANIEL CHRISTIANVS BOLT,
Rosino-Mecl.
- X. CHRISTIANVS ANDREAS ECKARTD.
Neoftadienfis.

diem *Tanti DVCIS* Natalem qui religiosa perfequen-
tur pietate.

PRIMVS enim in eo erit totus, vt *divinam de patria cu-
ram celebret.*

ALTER vero exponet *officia DEO, ea de re praestan-
da.* Reliqui de variis rerum publicarum formis di-
cendi materiam elegerunt. Hinc

TERTIVS *iura maieftatica contra Monarchomachos de-
fendet.*

QUARTVS *de diuina magistratus auctoritate,*

QUINTVS *de Aristocratia,*



SEXTVS *de Monarchia,*
SEPTIMVS *de discrimine inter statum naturalem & ci-*
uilem.

OCTAVVS *de Democratia differet,*

NONVS *quaestionem: quaenam sit optima rerum publica-*
rum forma? proponet, &

DECIMVS *denique, optimum esse ciuem, verae qui ad-*
dictus religioni, euincet.

Ad linguam quod attinet, *primus, secundus, ter-*
tius & nonus orationibus declamabunt, germanicis, sex-
tus & decimus dicent carmine germanico, quartus vero
& quintus, septimus & octauus vtentur oratione latina
eaque prorsu.

§. III.

Inuitatio
& votum.

Sacris his quum destinatus sit crastinus dies, no-
strum est, omnes Litteratorum ordines, qui hic loci
degunt, obseruanter & amice aduocare, & vt ad au-
diendum conueniant, vehementer etiam atque etiam ro-
gare. Jam saepius splendidissima *Maecenatum, Patronum*
& Fautorum corona Oratorum nostrorum dicendi stu-
dium fuit sublevatum, hinc & de Eorum fauore, bene-
uolentia & praesentia non est, quod nunc dubitemus.
TE, vero, o *clementissime DEVS, Sator omnium re-*
rum & sapientissime gubernator! obtestor, oro, veneratione
tuere, custodi, protege hunc hodiernae, cuius ipse
es auctor, felicitatis nostrae & prouinciarum Meclenbur-
gicarum statum: tum, si quid deest, supple indulgen-
tissime, & sic firmatum & ornatum incrementis laetissi-
mis in omnes transfer aetates. Serua & fospita **PRIN-**
CIPEM



*CIPEM nostrum regnantem, publicum parentem, PRIN-
CIPEM optimum, totamque domum Ducalem, consilia
DVCIS nostri ac mentem tua sanctissima & sapientissi-
ma mente gubernata quoque in posterum & rege, bo-
nosque ac laetos & salutare Eius consiliis adspira euentus,
Propelle a DVCE, a tota Domo Ducali, a patria, a repu-
blica ab academia, a scholis res bellicas quam longissime.
Redde Germaniae laboranti dies tranquillos, da Germa-
niae, da rebus publicis, da academiis, da scholis pacem,
tranquillitatem, securitatem, splendorem, ut floreat res
omnium, cunctorumque ordinum felicitas, incolumitas,
prosperitas, salus tanta sit, quanta est, quum solet esse
maxima! Annue his nostris precibus ac votis humili-
mis, clementissime DEVS! annue Germaniae precibus
o DEVS, qui es pacis Princeps! annue votis per Chri-
stum Dominum nostrum, vnigenitum tuum, nuncupatis!*

§. I.

Posteaquam superioribus annis legum Mosaicarum
diuinam auctoritatem contra DEISTAS ac WAR-
BVRTONI haeresin, viris eruditissimis non ignotam, non-
nullis commentationibus omni defendere cura, & vin-
dicare studuimus; nunc doctrinam de Israëliitarum The-
ocratia, quae teste BAVMGARTENIO, cuius me-
moriæ nulla delebit aetas, in adnotat: ad *Allgem. Welt-
hist.* Tom. III. p. 3. multam eis infert lucem, exponere &
illustrare nobis est animus. Theocratiam, si eius noti-
onem quaeris, * virorum eruditorum auctoritatem nos
sequuturi, dicimus reipublicae Israëliitarum formam, qua
DEUS T. O. M. non minus in rebus civilibus, quam
sacris imperii summam tenebat. Quam qui olim obti-
nuisse neget, aut in dubium incertumque audeat voca-
re,

Israëliita-
rum rei
publicae
forma fuit
Theocra-
tia.



re, ego quidem arbitror fore neminem, si modo habeat rationem 1) magistratus, a DEO modo constituendi, Num. Cap. xi, v. 16. 17. Deut. Cap. xvi, v. 18. Cap. xvii, v. 15. 2) foederum, quae cum aliis populis, nisi a DEO concessa esset facultas, inire non licebat, Jof. Cap. ix, v. 14. 16. 3) belli cum aliis, non sine consilio & numine diuino gerendi, Jud. Cap. i, v. i. Cap. XX, v. 18. 28. 4) ordinis sacri, & in primis summi Pontificis a DEO constituendi, eligendique Deut. Cap. xvii, 8. Cap. xviii, v. 5. 5) reuelationis modi per Vrim & Thummim Jud. Cap. xx, v. 18. 27. 6) nominum, Regis Psal. LXXXIV, v. 4. & XLVIII, 2. 9. Domini exercituum Jof. XLIV, v. 6. Quibus in iuribus quam summa posita sit potestas; adparet inde, Israëlitarum reipublicae formam fuisse Theocratiam. In eandem plane sententiam descendit JOSEPHVS contr. APION. Libr. 2. p. 1071. ubi ita scribit:

„ἀπειροὶ μὲν αἰκατὰ μέρος τῶν ἐθνῶν καὶ τῶν νόμων παρὰ τοῖς ἄπασιν ἀνθρώποις διαφοραί. Innumerae sunt particulatim gentium & morum apud omnes homines differentia. οἱ μὲν γὰρ μοναρχίαις, οἱ δὲ ταῖς ὀλίγων δυνατείαις, ἄλλοι δὲ τοῖς πλήθεσιν ἐπετρέψαν τὴν ἐξουσίαν τῶν πολιτευμάτων. Alii, siquidem Monarchiis, alii Oligarchiis, alii vero democraticiis, rei publicae potestatem commiserunt. Noster autem Legislator, nihil horum intendens, Θεοκρατίαν ἀπέπειν τὸ πολίτευμα, Θεῷ μᾶλλον μόνῳ τὴν ἀρχὴν καὶ τὸ κράτος ἀναθεῖς, Politiam nostram, Θεοκρατίαν declarauit, DEO praecipue principatum assignans & potentiam.,, Argumentum quidem in contrarium PHILO Libr. iii. p. 527. de vita Moysis ex Deut. Cap. xxxiii, v. 4. vbi Moyses Rex in Iesurun fuisse dicitur, hincque infert; Mosem ἀριστοβασιλέα καὶ νομοθέτην, optimum Regem & Legislatorem esse, nec jure regio DEVM Israëlitas gubernasse. Multis



tis vero non opus est argumentis, quibus haec refellatur sententia. Summam enim quamvis post DEVM exerce- ret potestatem, res tamen ad nutum & arbitrium DEI gerebat, omnesque suas curas cogitationesque in id con- ferebat, ut non in sui ipsius, sed DEI honorem ce- derent.

* Vberius de Theocratia egerunt IO. SPENCE- RUS de legibus hebraeor. ritualibus Libr. i. p. 300. seqq. Guiliel. WARBVRTONVS in diuine legation of Moses Part. III. ex versione Summe Reuer. SCHMID- THII pag. 14. seqq. IO. LELANDVS in diuine au- thority of thee old and new Test. asserted ex translati- one Celeb. & summe Reuerendi MASCHII Cap. II. MOS. LOWMANVS in dissertat. on the ciuil gou- ernement of the hebrevs ex editione germanica Pl. Re- uer. STEFFENI, THOM. STACKHOVSIVS in The new Sacred History of the holy Bible, ex edi- tione germanica Summe Reuer. RAMBACHII Tom. III. p. 237. FOSTERVS in discourse on the Jewish Theocracy Vol. III. Serm. XV. de quo legatur praefa- tio STEFFENII l. c. HERMANNVS WITSI- VS in oratione Theocratica Israëltitarum Tom. II. Mis- cell. JOAN. HENR. HOTTINGERI disserta- tio de Theocratia Israëltitarum a Mose praesertim vsque ad Saulem, CONRINGIVS de Republica Ebraeor. §. VII. p. 240. Consulat hosce praeclaros auctores, qui de Theocraticae notione, supra a nobis tradita, plura cognoscere cupit.

§. 2.

Imperii summam in primis tenuit MESSIAS. Is enim 1) vocatur a Mose in carmine triumphali IESVS
B Exod. MESSIAS summam imperii te- nebat.

Exod. Cap. xv. v. 2. vbi prima vice legitur hoc nomen nisi forte Jacobi verbi traxeris: exspecto salutare tuum, siue tuum JESVM Gen. XLIX. v. 18. 2) dicitur eodem capite v. 18. Rex aeternus, hinc ABARBANEL ad h. l. scribit: „postquam sanctus benedictus pro Israëlitis contra Aegyptios pugnavit, & inimicos illorum demersit in aqua — וְיִמְלֹךְ לְעֹלָם ille regnabit super „Israël in perpetuum, וְיִמְלֹךְ לְעֹלָם“ nec alio opus habebunt Rege. 3) in columba nubis & ignis praeiuit Exod. Cap. XIII. v. 19. 4) deiecit equos & currus Pharaonis in mare Exod. cap. xv. v. 1. 5) Adparuit Mosi in rubo ardente, seque DEVM patris eius adpellat. Exod. cap. xv. v. 2. coll. Cap. III. v. 2. 6. 6) praeiuit vir bellator Israëlitis. Exod. cap. XIII. v. 25. 7) templum habuit sanctuarium in Canaane. Mal. cap. III. v. 1. Luc. XIX. v. 46. 8) est populi ductor, quem ex Aegypto eduxerat. Exod. cap. XV. v. 13. 9) Redemptor vocatur Exod. cap. XV. v. 12. coll. Jes. cap. XLIII. v. 1. Rom. cap. III. v. 24. 10) Leges angelorum ministerio tulit Ps. LXIIX. v. 18. Actor. cap. VII. v. 53. Gal. cap. III. v. 19.

Ante Israë-
litarum
exitum ex
Aegypto
non fuit
Theocra-
tia.

§. 3.
Ante Israëlitum exitum ex Aegypto DEI curam de hac gente valde conspicuam fuisse, multaque ideo prodigia facta, in dubium quidem vocari non potest. Nulla tamen ea aetate fuit inter eos reipublicae forma, nullusque DEI verus cultus. Durissima enim premebantur seruitute & tyrannide, nec vivere suis legibus, neque aequis conditionibus licebat. Alios lateres coquere, alios stipulas colligere, alios adsporrare lutum, omnes vero intentos officiis seruilibus, oportebat vitam agere Exod. cap. I. v. II. seqq. Tam misera status sui conditio,

tio, prauisque aliorum populorum mores abduxerant eos a maiorum suorum religione, adeo, vt quantum ad eam pertinet, vix ab aliis populis discerni potuerint. Veritit igitur DEVS iis opprobrio ac dedecori, quod in Aegypto idola diuino prosequuti fuerint cultu Ezech. cap. xxiii. v. 2. seqq. ac Deos tolli iubet Josua, quibus idem a parentibus istorum fuit habitus honor Jos. cap. xxiiii. v. 14. Nec Moses, quum vitulum aureum, ad Apidis aut Osiridis, idolorum Aegyptiacorum imitationem fabrefactum colerent, aequo ferebat animo Exod. cap. xxxii. v. 1. seqq. Testatur quoque R. MOSIS MALMONIDIS Aegyptiorum foedissimae superstitionis exemplar ad Israëlitas manasse, dum *de Idololatria Cap. I. §. 10.* scribit: „illic redierunt ללמוד פעשיהם ולעבוד ע"ז „ad discendos illorum (Aegyptiorum) mores, & idola „exemplo eorum colenda. Ita paullatim fundamentum, „quod Abrahamus iecerat, sublatum, & Jacobi filii ad „errores mundi relapsi sunt.„ Necessè igitur erat, vt, quum huius populi omnium rerum facies esset miserri- ma, DEVS ipse statim post exitum & Aegypto sum- mum imperium in se susciperet. Quod factum fuisse, do- cet nos Moses, dum in carmine suo triumphali DEI seu MESSIAE providam curam liberationemque ab omni clade & interitu laudat & celebrat, haecque beneficia ipsi MESSIAE, quem vocat JESVM & REGEM Exod. cap. xv. v. 2. 18. refert accepta.

§. 4.

DEO igitur T. O. M. post Israëlitarum exitum ex Aegypto placuit, sollempni ratione pactum cum iis inire, vt constaret, se loco Regis velle haberi. Ter- tio enim nouilunio ab exitu, quo venerant ad montem Sinai, Quod

B 2

Israëlita- rum exitus ex Aegy- pto fuit Theocra- tiae initi- tium. Quod

probat
ex foedere
cum popu-
lo iſto.

Sinai, Angelus DEI, qui est DEVS Abrahami, Iſaac
& Jacobi Exod. cap. iii. v. 2. 6. Moſem ita eſt alloqui-
tus Exod. cap. xix. i. „dicito familiae Jacobi, & enun-
ciato filiis Iſraëlis. Vos vidiftis, quae fecerim Aegyptiis;
„vt ſuſtulerim vos quaſi alis aquilarum, & adduxerim
„vos ad me. Si nunc ſedulo attenderitis voci meae, &
„ſeruabitis foedus meum, vtique eritis mihi peculium
„prae omnibus aliis populis, nam mea eſt tota terra,
„vosque eritis mihi regnum ſacerdotale, & gens ſancta.,,
Digna ſunt foederis verba, quae paucis explanentur.

§. 5.

MESSIAS
promittit
in hoc foe-
dere, fore,
vt Iſraëli-
tarum ſa-
luti opti-
ma conſu-
lat ratione.

Primum promittit Deus, in hoc foedere, fore,
vt ſit populus ipſi peculium. Quam varia de erudito-
rum voce מַלְאָכָה ſit ſententia, dici vix poteſt. Indica-
vimus varias de ea expoſitiones in commentatione de le-
gibus Moſaïcis contra DEISTAS § 2. anno cldcccclv
emiffa. Non vero eſt, quod a vulgari ſententia hic re-
cedamus, quum verborum cohaerentiae maxime con-
gruat. Peculium apud Romanos primum omne patri-
monium, deinde ſeruorum tantum adpellabatur. SER-
VIVS hinc ad VIRGILII Ecl. i. v. 33.

Nec ſpes libertatis erat, nec cura peculii recte ad
monet: „omne patrimonium apud antiquos peculium
„dicebatur a pecoribus, in quibus eorum conſtabat vni-
„verſa ſubſtantia, vnde etiam pecunia dicta eſt, &
„TAVBMANNVS ad l. c. vtrumque coniunxit:
„quod frugi ſerui parſimonia peculii libertatem a domi-
„nis emebant. Nam ſeruus interdum cum domino
„quaſi paciſcebatur in certum pretium, quod, ſi exſol-
„uiſſet, liber eſſet. „ Caſtrenſe autem peculium erat
apud Romanos, quod per militiam filius acquiſiuerat.

Nam



Nam secundum antiquissimas leges Romanorum ciuiles, quidquid filius acquirebat, non sibi sed patri acquirebat. Sed ut filio castra sequuturo, animus adderetur; consultius visum fuit, ut quidquid per bellum acquireret, sibi acquireret, non patri. Hinc JUVENALIS igitur canit sat. vlt. v. 52.

Quae sunt parta labore

Militiae, placuit non esse in corpore census;

Omne tenet, cuius regimen pater.

Vide titulum huius nominis in Pandectis xv, 1. & ad illum JCTos praesertim DVARENVM de peculio p. 978. seqq. opp. Quod si igitur hanc, quae est admodum vulgaris, sequamur sententiam; sensus verborum hic erit: Quemadmodum res per militiam adquisitae sunt curae cordique; sic & vestrae saluti & prosperitati, quum vos mihi in bello contra hostes adquisuerim, omni consulam ratione. Quum vero sint verba MESSIAE (p. §. 2. & §. 4.) eo adduci non possum, ut credam, promittere ipsum modo tranquillitatem securitatem, & omnium rerum copiam atque abundantiam, sed descendendum esse arbitror in sententiam ORIGENIS, qui lib. v. contra CELSUM pag. 260. his verbis, quae fuerit cura de peculio suo, describit: Was war es nicht ferner für ein Vortheil für Sie? daß Sie die Lehre von der Unsterblichkeit der Seelen = = = und den für tugendhafte Personen bestimmten Belohnungen, mit der Muttermilch einsaugen, und Sie, daß ich so sagen mag, indem Sie reden lernen, erlernten.



§. 6.

Vt Israëlitis vera
annuncietur religio,
ac reipublicae forma
illi fit accommodata.

Deinde in eodem foedere populo fidem dedit, ferre, vt sit *regnum sacerdotale*. Sacerdotum erat, vt non modo populum erudirent, & quae ad salutem aeternam consequendam scitu erant necessaria, traderent, Leuit. cap. x. v. ii. Mal. cap. ii. v. 7. sed & iudicium exercerent. Si quid enim difficile & arduum accideret, sententiaeque iudicium de eo variarent; populus ad sacerdotes, in primis summum Pontificem deferrebat, qui DEVM consuleret Deut. cap. xvii. v. 8. seq. Exod. cap. xxviii. v. 2. seqq. Hinc simul clarum est, quam ob rem non Josuae, nec aliis iudicibus iudicii pectorale, sed soli Pontifici gestare fuerit concessum. Hic enim erat primus Regis summi minister, & praecipuus litium & iudiciorum arbiter Exod. cap. xxviii. v. 40, adeoque erat aequum, vt pectorale iudicii, tamquam muneris locique sui signum & symbolum ei soli gestandum & consulendum traderetur. Promittit igitur DEVS in hoc foedere, id quod inde vnusquisque facile colligere potest, verae religionis doctrinam, per sacerdotes annunciantem, eamque rei publicae formam, quae, ipso imperante, ad religionem & sui ipsius voluntatem fit proxime accommodata. Reliqua denique in foedere DEI verba *eritis gens sancta*, superiores confirmant pollicitationes. Sanctum generatim dicitur, quod separatum est, & quod cum eo coniunctum esse solet, ad certum finem est destinatum. Sic Hierosolyma dicitur vrbs sancta, quod reliquis finitimarum regionum vrbibus fuit segregata, & ad religionem colendam destinata. DEVS igitur hisce declarat verbis, fore, vt totus populus a finitimis Aegyptiis, Chaldaeis, & Assyriis partim ob veram religionem, partim ob rei publicae formam se-

iun-



ungatur, & quemadmodum omne sanctum curae cordique est, populum ipsum in deliciis habeat.

§. 7.

At vero DEVS hisce egregiis pollicitationibus subnectit conditionem his expressam verbis: *Si audieritis vocem meam, & foedus meum custodieretis*, hoc est, postulo, vt mihi dicto sitis audientes, moremque legibus & praeceptis geratis, quae tradendi potestatem mihi esse testatur vester consensus: tantum aberat, vt obsequium populus detrectaret, vt per Mosem responderet: *Omnia quae loquutus est, faciemus* Exod. cap. xix. v. 8. Mirum sane non est, populum ad hanc conditionem acceptandam adeo promptum fuisse. Oculis enim eius adhuc obseruabantur tam praeclara potentiae & bonitatis documenta, vt inde constaret, Regis officio & munere neminem praeter DEVM maiori dignitate & auctoritate posse fungi. Quo nuncio accepto, tum DEVS, qui ipse hanc electionem populi, sollemni factam ratione, non minoris fecisse videtur, cum Mose de se, nunc primum toti populo manifestando, agere coepit. Exod. cap. xix. v. 9. seq. Simulque quanta esset Mosi dignitas & auctoritas, quantumque pretium legibus & praeceptis, per Mosem ferendis sit habendum, hac ratione publice fuit testatus.

§. 8.

Quum, isto hoc foedere, Regum more et ciuium DEVS et Israëlitae sibi essent adstricti; sollemniter quoque ad rem publicam accedebat. Nam vt DEVS T. O. M. & Israëlitarum Rex, a toto populo electus, ferebat leges, quarum nonnullae, vt satis constat, naturales

Populis
diuinis ac-
ceptat pro-
missiones,
DEO que
eius con-
sensus pro-
batur.

Isto foe-
dere, DE-
VS tulit le-
ges natu-
rales, qua-
rum finis
spectatur.

rales & morales, nonnullae caerimoniales, reliquae foren-
 senfes vocantur. Qua majestate, qua dignitate & feueri-
 tate fint latae istae leges, ita commemorat Moses, vt du-
 bium fit, vtrum in orbe quid excellentius & praestanti-
 us vmquam acciderit? *Ad tertium enim, inquit, diem,*
ex quo inierat cum populo foedus, praeparato populo
Exod. Cap. XIX, v. 10. 17. monte, a quo remotus erat po-
populus, v. 13. seq. tremente et fumante v. 16. & 18, inter
tonitru & fulgur, v. 16. & 19, in densissima nube adpa-
rruit DEVS ipseque tulit leges. Primum dedit morales,
 seu naturales, deinde caerimoniales, quas tandem sequutae
 sunt forenses. Legum istarum ordinem ipsa Theocra-
 tia praescribit, quum nulla res publica florere possit, nisi
 ciues verae adstricti sint religioni. Necessè ergo est,
 vt DEUM, non solum Regem Israëlitarum, sed & su-
 premum Dominum, nostrumque creatorem tulisse leges
 naturales, asseramus. In contrariam, quod nobis in-
 conueniens esse videtur, multi eruditi, inprimis S. R.
 HEVMANNVS, nostra de ecclesia meritissimus,
 omnique mea laude longe superior, abierunt sententiam.
 Asserit vir eruditissimus in illustrationibus N. T. ad
 Matth. Cap. V. v. 21. ita: „Moses war ein Gesezgeber in
 „der neuen auf Gottes Befehl aufgerichteten Republic. Die
 „zehn Gebote waren also mehr politische, und bürgerliche als
 „Moral-Geseze. Die äusserliche Ruhe, und das äusserliche
 „Wohl der Bürger sollte dadurch erhalten werden. Die in-
 „nerliche Heiligkeit wurde von den Lehrern und Propheten
 „bey andern Gelegenheiten gelehrt. Et non nullis inter-
 „iectis, da nun die obrigkeitlichen Geseze nur gute Bürger
 „und Unterthanen, oder, wie wir mit den Franzosen zu reden
 „pflegen, honetes hommes, keinesweges aber wahre Heili-
 „gen machen können: so zeigte Jesus als Moral-Gesezgeber,
 wie



„wie das Herz eines Menschen beschaffen seyn müste, wenn er
 „Gott gefallen wolle.“ Sequitur nobis esse videtur Ang-
 lum illum, MOSEM LOWMANNVM, qui l. c.
 ex editione viri plurimum reuerendi STEFFENII
 p. 341. sic contendit. „Da das Gesez der zehn Gebote kund
 „gemacht wurde; so hies es: Gott redete alle diese Worte:
 „Ich bin der Herr Exod. Cap. xix, v. 12. Es gab aber
 „Gott dieses Gesez den Israeliten, nicht sowohl als der Schöp-
 „fer Himmels und der Erden, sondern als ihr König.“ Quam
 absona vero haec sit haeresis, ex ipsa legum indole fa-
 cile intelligi potest. Licet enim ad Israëlitas istarum le-
 gum promulgatio directa fuerit, & ad genium gentis ad-
 modum accommodata, neutiquam solos Israëlitas, sed mor-
 talium unumquemque obligant. Et quis diceret a solis Isra-
 ëlitis exigi, vt non Idola, sed verum colerent DEVM? Quis
 denique est, qui neget, & in dubium vocet, leges ipsas, si
 essent politicae, euerfa iam Israëlitarum republica, nunc
 esse abrogandas? Nec patet, vnde probari possit, leges
 morales, ac in primis officia, DEO praestanda, non
 animi emendationem ac sanctitatem, sed securitatem ci-
 uium externam spectasse, doctrinamque virtutis, quae
 prauos animi motus corrigat & emendet, a sacerdotibus
 modo esse traditam?

§. 9.

Legibus moralibus, quibus innixa sit quaeuis res publica, est necesse, adiunxit statim summus ac sapien-
 tissimus legislator caerimoniales & forenses, quarum
 partem tamquam prodromum reliquarum promulgan-
 darum conspiciamus Exod. cap. xx. v. 22 - 26. Quem
 admodum istae ad cultum DEI in primis internum
 pertinent, ita & hae, quod ex locis, personis, actio-
 nibus, & temporibus sacris elucet, ad DEI cultum,
 eum-

Finis le-
 gum caerimonia-
 lialium
 & forensi-
 um, quas
 tulit
 DEVS, fuit
 cultus divi-
 nis exter-
 nus, & rei-
 publicae
 salus.



eumque externum respiciunt, atque simul salutis per Christum acquirendae significationem innuunt. Id quod euincitur tum ex eo, quod DEO dignius fuit, has leges eo dirigere, quam inanibus ritibus destinare, tum ex denominatione earundem, qua imagines & umbrae vocantur Hebr. Cap. X, v. 1. 8. Colof. Cap. II, v. 16. 17. et denique ex vituperata fiducia, in externo earundem obsequio solo posita. Quae omnia adeo certa & indubia sunt, vt testimoniis pluribus non opus esse arbitremur. Forenses denique leges magis statum civilem ac reipublicae, quam sacrum ordinarunt. Sunt adeo praeclarae, ut gentes quaeuis aliae Israëltitarum felicitatem prae omnibus aliis debuerint praedicare Deut. Cap. III, v. 7. Quare etiam pridem a viris eruditis fuit obseruatum, multaue exemplorum inductione probatum, quidquid in LYCVRGI legibus & in Romanorum XII. tabulis praeclari fuerit, ex Mosaicis praeceptis esse haustum, certe in iis nihil laude dignum esse, quod in his non multo sit excellentius. Constituebat DEVS aliorum Regum more iudices, ius qui dicerent ciuibus, & si res grauioris esset momenti, ipse, quod iustum & optimum erat, decernebat Deut. Cap. I, v. 17. Ex nutu & voluntate DEI Israëltitarum Regis bellum aut pax decernebatur, acies instruebatur, & quae Israëltitarum tribus impetum faceret in hostem, desinebatur. Si quo esset mouendum, duce nubis ignisque columna, arca cum Cherubinis, Symbola Imperatoris praesentis, praeeibat Num. Cap. X, v. 1. seq. Eiusdem indolis sunt reliquae leges, de caede Leuit. Cap. xxiii, v. 17. de furtis Exod. Cap. xxii, v. 1. seq. de damnis illatis Exod. Cap. xxi, v. 18. de mensuris & ponderibus Leuit. Cap. xix, v. 35. 36. de hereditatibus Num. Cap. xxvii, v. 8. de discrimine ciborum.



rum. Deut. xiii. v. 3. de seruis Deut. xxiii. v. 15. 16. de mercenariis Leuit. Cap. xix. v. 13. de matrimonio Leuit. Cap. xviii. v. 6. seq. de coniugio fratris, sine prole decedentis Deut. Cap. xxv. v. 5. multaeque aliae, quae eo quoque spectant, vt floreat & vigeat Israëltarum respublica, ac salus prosperitas & securitas seruetur.

§. 10.

Sufficiant haec, quae de Theocratiae initio post Israëltarum exitum ex Aegypto sunt disputata. Silentio, quae de eiusdem progressu & fine dici possent, erunt praetereunda, quum de eiusdem virtutibus & praestantia nonnulla sint verba facienda. Noli mirari, DEVM T. O. M. ad cuius nutum mundus, quantus quantus est, regitur & mouetur, summam imperii in rebus sacris & ciuilibus vi foederis tenuisse. Erat enim cum necessaria, tum DEO ejusque virtutibus non indigna. Seruili in Aegypto quum fungeretur populus munere, aliter fieri non potuit, quin moribus fuerit incultis ac agrestibus, omnisque consilii expers, si fortuna votis non subscriberet. Post exitum verò a fronte & tergo & lateribus ab hostibus tenebatur, & quocumque coniceret oculos, supremum adparuit discrimen. Nonne ergo necesse fuit, vt DEVS ipse populum, in quo omnia erant confusa et turbata, iustitueret ac regeret?

Theocra-
tia fuit ad-
modum
necessaria.

§. 11.

Neque DEO indigna fuit Israëltarum Theocratia THOMAS MORGANVS, referente LELANDO ex translatione viri celeberrimi MASCHII Cap. II. p. 100. seqq. in ea est sententia, quod HOMERI Iliadi ac fabulis AESOPI MOSIS commemoratio de exitu


Deo non
fuit in-
digna sed
praebuit
reipublicae
sapiantissi-
mis consti-
tutae legi-
bus exem-
plum.



exitu Israëliitarum & Theocratia possit commodo comparari. Frustra nos argumenta quaesiuimus, non enim cum nugis, commentis & fictionibus, quibus modo abundat, nobis est pugnandum. Indignam si DEO fuisset, inde sequeretur, vt DEI virtutibus & perfectionibus vim inferret. Quot vero & quam clare ex ea cognoscendi virtutes facit copiam? Multis nec antea vniquam auditis portentis ac miraculis ex Aegypto populum suum eduxit Deut. Cap. iiii. v. 34. Exod. Cap. xiii, v. 3. a flagitiis atque sceleribus, a Deorum cultu, qui hominibus sceleratissimis saepius peiores fuerunt, ad sui ipsius cultum, & ad veram religionem adducere studet, tulit leges morum praeceptis, quae sana ratio tradit, conuenientes, iustissimas & aequissimas, totamque rempublicam ita instruit & ordinat, vt gloria ipsius celebretur, & amplificetur vt pax tam interna quam externa sit constans & perpetua, vt fraudi & dolo nullus relinquatur locus, ut securitas ciuium, prosperitas & felicitas tum temporalis, tum aeterna seruetur & augeatur. O immensam gratiam DEI, potentiam, bonitatem, sapientiam & sanctitatem! o felicem populum! DEVM Regem suum qui colit, obseruat & veneratur.

P. P. Gustrouiae VI. Iduum Nouembris MDCCLIX.





als auf den Staat seyn. Er wird einer zügellosen
heit, woraus Spaltungen, Sectirerey, Verfol-
d Notten entspringen, mit sanftmüthigem Ernst
hun. Er weiß es, daß die Religion, die Christus
dem Staate gute Bürger, arbeitssame, aufrichtige,
ehrlische und rechtschaffene Unterthanen verschaffet.
es, daß die so theuer erworbene Bekenntnißbücher
irche eine Schutzwehr unsrer Ruhe und Sicherheit
onsübungen sind. Er wird daher diese gegen alle
ngen in seinen Schutz nehmen. Dem Höchsten
! daß wir noch in so manchem Minister, von dessen
Weisheit und Klugheit die Wohlfahrt ganzer
abhänget, einen Freund Christi, der seiner Reli-
e macht, hochzuschätzen, das Glück und die Freude

dieser Betrachtung giebt mir die milde Stiftung,
thätige Gesinnung Sr. Excellenz des Hochwohl-
en Herrn, Herrn Christian Ulrich von Ke-
— — — gegen unsern Musentempel Gele-
Nach diesem Institut, welches dem Herrn Behei-
zum unvergeßlichen Ruhm gereichen wird, soll das
t der Reformation des großen Luthers am 31sten
durch eine deutsche Rede, welche der Feyer dieses
maß ist, vor den öffentlichen Lehrstunden dem Höch-
Preise jährlich erneuert, und unter fleißige und ge-
schüler Bücher ausgetheilet werden. Keine Zeit
wohl mehr die Erneuerung dieser Wohlthaten, wel-
seiner Kirche erwiesen, als eben die gegenwärtige,
e von so vielen verkannt werden. Der Herr Ge-
th hatte im vorigen Jahre sein funfzigjähriges Amts-
auf einem seiner Rittergüter gefeyret, und war
n von dem Allerhöchsten mit vieler Munterkeit des
und Leibes gesegneten hohen Alter von einer zahl-
reichen

